Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



esdre

mensuram secundam abansulo usq; ad portam domus eliasib et cum edificarent sacerdotes magni post eum edificauit marmuth filius urie filii arcus mensuram secundam a porta domus eliasib donec extenderetur domus eliasib Et post eum edificauit sacerdotes uiri de circumpestribus iordanis post eos edificauit benamin et achub contra domum suam et post eos edificauit azanias maasie filius ananie contra domum suam post eum edificauit bennui filius henadad mensuram secundam a domo azarie usq; ad flexuram et usq; ad angulum fallel filius ozi contra flexuram et turrem que eminet in domo regis excelsa i in atrio carceris post eum phadaia filius pharos nathinnei autem habitabant in ophel usq; contra portam aquarum ad orientem et turrem que eminebat Post eum edificauit thecuitis mensuram secundam exegesione alterius magna usq; et contra muru templi Super summ autem a porta equorum edificauerunt sacerdotes unusquisq; contra domum suam post eos edificauit sadoc filius emmer contra domum suam et post eum edificauit semeia filius secheme custos porte orientalis Et post eum edificauit anna nias filius selemie et anon filius selon sextus mensuram secundam post eum edificauit melchias filius hariphi usq; ad domum nathinneorum et cursorem vendentium contra portam iudicialem et usq; ad cenaculum anguli et inter portam gresis edificauerunt aurifices et negotiatores simul IIII

Factum est autem cum audisset sanaballat quod edificaret murum iratus est nimis et de[ri]sit iudeos et dixit coram fratribus suis et exercitui samarie et ait quid isti imbecilles faciunt numquid sacrificabunt et complebunt in una die numquid uiuificabit eos de cinere lapides de acerui pulueris qui combusti sunt Audiens autem tobias ammonites proximus eius ait edificent si ascenderit uulpes transiliet murum eorum lapideum Et dixit nehemias Audi deus noster quia facti sumus despecti conuertet obprobrium super caput eorum et da eos in despectionem in terra captiuitatis et ne operias iniquitatem eorum et peccatum eorum coram facie tua non deleatur quia detulerunt edificantes Igitur edificauimus murum et coniunctum est totum usq; ad dimidium et protectum est cor populi ad operandum factum est autem cum audisset sanaballat et tobias et arabes et ammonite et azotii quod obducta esset cicatrix muri urbis et quod cepisset et interrupta conclusa erant simul mussabant et conspirauerunt pariter ut uenirent et pugnarent contra nos et ut irritum faciant consilium nostrum et operemur opus dei nostri et posuimus custodes super murum die et nocte contra eos duplicauit iudas debilitata est fortitudo